



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

Delvaux, André

Coloniæ Agrippinæ, 1686

11. Quibus appellationibus sit deferendum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

19. *Ecc. De priore 32. b. t. l. Quoniam iudices Cod. eod. quia Judex à quo non deferens appellatio legitime interposita, laedit & turbat superiorum Jedicem in sua iurisdictione.*

4. Olim petendis & recipiendis Apostolis, ac Jedicem quem potrigend s, præscripti erant quinque dies, Paulus V. *Sent. tit. 34. can. Ab eo 2. quæst. 6. & iuxta hos dies de jure Canonico instanter & saepius, saltem uno contextu, peti debebant. Postea præscripti sunt triginta dies, intra quos similiter instanter & saepius hunc unum contextu, peti debent: alioquin si intra dictos xxx. dies appellaus Apostolos non petat, vel non recipiat, censetur appellatio renuntiata, ea que proinde efficitur deserta, d. can. Ab eo 2. quæst. 6. Clement. Quamvis h. tit. e. eod. in 6. I. Iudicibus 2. 4. Cod. eod. I. unica D. de libellis dimissoriis. Et ideo Judex à quo scierentiam, à qua appellatum est, executioni mandare potest, perinde ac si ab ea appellatum non esset, e. Confiteatus 45. b. tit. Si militer efficitur deserta appellatio, si Apostolos oblatos intra idem tempus recipere recusat, d. Clement. Quamvis h. verum. Quod si vero per Jedicem à quo ster, quo minus eos recipiat, debet ex eo protestari, d. Clement. Quamvis: & si absque causa intra eos dies dederit, puniendum est, d. I. Iudicibus, Quinidem post elapsum tempus potest appellans Jedicem quo coram Jedicce, ad quem provocavit, convenire, I. Si appellacionem 31. Cod. eod.*

5. Verius autem est, dies hos currere à die scientiar, quo quis sententiam latam esse intellexerit, & à quo habuit facultatem appellandi, ne alias hoc inconveniens evocaret, quod ignorantii præclusum sit tempus petendi Apostolos, cui nondum præclusum est tempus appellandi, Maranta 6 p. adu 2. n. 130. Et ideo d. I. Iudicibus, definens, currere tempus à die latar. scientiar, intelligi potest, quando appellans habuit notitiam sententia latar. vel inconvenienti à sententia lata viva voce appellavit: ut sic concordet cum e. Ab eo eod. in 6. & Clement. Quamvis, quæ volunt currere à die appellacionis interjectar.

6. Atque hæc ita intelligenda sunt, nisi Judex à quo breviorum terminium petendi Apostolos statuerit appellanci. Nam licet verius sit, non posse longiore præscribere, Capel. Thol. decisi. 44. tamen breviorum præscribere

potest, quo elapsa, si non fuerint petiti, non minùs efficitur appellatio deserta, quam lapsi xxx. diebus: quia ejusmodi terminus brevior, à Judice præscriptus, succedit in vicem termini juris, & eundem parit effectum, e. Ex insinuazione 50. b. t.

6. Tametsi autem sufficiat intra terminum, sive Junis sive hominis, petere Apostolos, etiam ultima die: nihilominus tutius est, eos in connenti & simul cura appellatio petere: quia si appellatum sit à definitiva, Judex à quo post patitos Apostolos nequit ulterius procedere, nisi prius dederit refutatorios, quavis appellatio esset mere frivola. At vero quando appellatio frivola potest etiam non petitis Apostolos ulterius procedere.

7. An vero etiam in appellatio extra iudicem, ali peti Apostoli debent, queritur. Et distinguendum est: vel cum appellatur a Judice extra iudicitaliter procedentes, & tunc peti debent, qui est, qui eos date petent, nempe Judex à quo: si appellatur a parte; & tum non est necesse petere, quia nou est, qui eos det. Quamvis ratione etiam tum petere, sub hac conditione, si sit, quid dare possit. Scaccia De appellat. q. 13. art. 2. n. 31.

Denique si queratur, cuius expensis dadi sint Apostoli, communis responsio est, dandos esse expensis appellantis. Maranta d. I. n. 214. Scaccia q. 14. n. 114.

§. XI.

Quibus appellacionibus sit deferendum.

1. 2. 3. *Quatenus judex sumendum, non deferendum appellatio.*

4. *Deferre tenetur etiam appellacioni ab initia- catoria sententia.*

5. *Quod tamen fallit iure Canonico.*

6. *Nisi ex justa causa appelletur.*

7. *Vt & in dubio deferri facilius est.*

8. *Concil. Trid. haec de re falso.*

9. *Stylus Curia Romane.*

10. *De appellacionibus ad futurum Concilium, ad tribunale. Dei.*

Dixi Jedicem à quo, si recusat deferre appellacioni, puniendum. Nam regulariter tenetur deferre cuilibet appellacioni, addit ut, si non deferat, quando est interposita ex iusta

justa causa, puniatur de jure civili pena 30. libato aurum, si causa sit civilis, si criminalis, arbitria, l. *Quoniam Iudices* 21. C. b. t. Maranta 6. a. n. 2. n. 210. Jure vero Canonico, si Iudex non deferat appellationi, ad sumnum Pontificem interpositam, ad ipsum Pontificem puniens mitti debet *De priore* 31. b. t. Sicut ad Imperatores pro merito punitus mittitur, qui appellationem ad eum interpositam in causa cum civilium criminali non receperit, l. *A Proculibus* 6. in fine Cod. h. t.

2. Quod si appellatum fuerit ad inferiorem Papam, plerique existimant penam non defensit appellationi in causa civili esse arbitriam, & sic in usu magis pecuniam, Franc in d. c. *De priore*; in criminali vero causa penam depositionis, can. *Decretu* 2. q. 6.

3. Expectandus tamen hac in re est finis appellationis, ut non puniatur Iudex, qui rejecit appellationem, si judicatum fuerit male appellatum fuisse, ut qui in exitu deprehendatur juste non detulisse.

4. Sed an Iudex a quo teneatur perinde deferre appellationi ab interlocutoria, atque a definitiva queratur: nam Impp. m. d. l. *Quoniam Iudices*, agere de sententia definitiva, manifeste patet ex eo, quod loquuntur de sententia terminante interionem jurantium, quod sola praestat definitiva, l. *Præses Cod. de sent. &c. interlocut. om. Iud.* Sed dicendum id, quod hoc in re statuit lex civilis de definitiva, produceendum esse ad interlocutoriam, vim definitivæ habentem, a qua perinde atque a definitiva permittitur jure civili appellatum sit, e. *Cum appellationibus*, c. Non solum cod. in 6 Maranta d. l. n. 207, potestque de apostolis refutatoriis respondere, si hoc ei aequum vixit fuerit.

5. At vero jure Canonico, licet permittratur appellatio ab omni interlocutoria, gravamen aliquod inferente, e. *Super eo* 12. b. t. tamen Iudex a quo non teneatur ei semper deferre, verum licet ei, non obstante appellatione ab interlocutoria, in causa progedi, quamdiu per Iudicem provocatum non fuerit legitimè facta inhibitio, id est cum causæ cognitione, ut sciatur, an justè appellatum sit, e. *Cum appellationibus*, c. Non solum cod. in 6 Maranta d. l. n. 207, potestque de apostolis refutatoriis respondere, si hoc ei aequum vixit fuerit.

6. Si tamen appelleretur ab interlocutoria ex justa causa, tunc teneatur deferre appellationi, & si non detulerit, perinde puniri poterit, ac

si appellationi a definitiva non detulisset, Maranta d. loco. Ideoque jura volunt exprimi causam gravaminis in appellatione ab interlocutoria, ut si ea justa sit, appellationi deferatur.

7. In dubio quoque satius est, ut ei deferat Iudex, quia licet sententia, quæ in rem transivit judicaram, habeat presumptiōnem iustitiae, ei *Bona* 23 § perro sup. *De elect.* imò pro veritate habeatur, l. *Res judicata D. De reg. Iurie*: tan ea, quæ nondum transivit in rem judicatam, non magis iustitiae quam iustitiae presumptiōnem habet, sed ad utramque partem ita se habet, ut vel justa vel iusta pronuntietur, l. *Chirographe* 57. § ult. D. *De administrat iustitiori* l. *Hieronimus* 63. §. 1. D. *De evictionibus*.

8. Dixi ante regulariter omni appellationi esse deferendum, quia Iudex ei deferre non tenetur nisi casibus, quibus de jure prohibita est appellatio, de quibus antea egimus.

9. Ceterum Concil. Trid. Sess. 12 cap. 4. *Dereformat*, ordinavit, ut ab omnibus Legatis, Nunziis Apostolicis, Metropolitanis, aliisque superioribus Iudicibus, in admittendis appellationibus & concedendis inhibitionibus servetur Constitutio Innocentii IV. relatæ in c. *Romanæ* cod. in 6. eleganti Analyſi enucleata à C. L. V. Stephano Weymso.

10. Servat quoque stylus Curia Romana usitatus, ut non deferatur appellationibus in rebus parvi momenti, v. g. in lumma non excedente decem ducat uti ex Vestrione testatur Piasc. in *Praxi Episc.* p. 1. 6. 4 art. 15. n. 8. Quod & statuta curiæ Metropolitanæ Mechliniensis habent, ad taxam scilicet quinquaginta florinorum, teste, Zypx o. h. t. n. 8.

11. Denique provocations a summo pontifice ad futurum Concilium tamquam erroneæ & schismaticæ damnatae sunt à Pio II. & Iulio II. eodem Zypx teste d. loco n. 16. Ubi etiam tradit, Reges reum lege Majestatis habere eum, quibz eorum sententiis ad Papam appellari & profiri exempla illorum, qui ad tribunal Dei provocarunt.

§ XII.

De tempore introducenda & profunda appellationis.

1. *Tempus est vel annus vel biennium.*
2. *Quod non currit de momento ad momentum.*
3. *Breueri judicis brevius tempus prescribere.*

H. b.

4. *Atque*